



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. Ad quas processiones possit Episcopus compellere regulares? Ex p. tr.
2. res. 106.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

tom. 3. disput. 7. cap. 5. numer. 210. Bordonum tom. 1. res. 7. n. 9. Rubicum in Aphor. Episc. verb. Regulares, num. 7. Pasceum in praxi, part. 2. cap. 3. art. 6. n. 57. Solozanum tom. 2. lib. 3. c. 17. n. 57. & seq. Cenedum in quaest. Canon. quast. 26. num. 16. Gratianum in deest. 132. Marchia, num. 25. Nouarium in summa Bull. tom. 1. tit. de Processionibus, num. 7. Campanilem vrb. 1. 2. cap. 13. n. 167. Lazarium de blasphem. quast. 10. 4. num. 55. Cialinum lib. 1. cap. 50. numero 20. Attendariz in Addit. ad Recopilat. leg. Navar. lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 31. de process. num. 7. Salzedum in praxi Diaz cap. 3. littera A. verb. quae potestas, Zippem in Anal. iur. Pontif. lib. 1. tit. de maioritate, & obedientia, num. 11. Laurentum de Francis in controuers. inter Regul. & Episcop. quaestione 6. Salgadum de Protectione Regia, part. 2. cap. 9. numer. 109 & Machadum tom. 2. lib. 4. part. 6. tractat. 10. document. 5. num. 4.

2. Sed ego, ubi supra, negatiua sententia adhaerens, nam sacrum Concilium in dicto loco, dat quidem facultatem Episcopis, vt possint compellere Regulares accedere ad publicas processiones, non tamen dicitur per censuras Ecclesiasticas. Et stare haec duo possunt: quod Episcopus possit compellere ipsos Regulares, & hoc possit aliis poenis comminatis, & non censuris: Ergo non per hoc, quia datur illi facultas compellendi Regulares ad id faciendum, censetur concessum, vt possit compellere per censuras, lex enim noua simpliciter loquens accipit determinationem a lege veteri, leg. Sciendum, ff. qui satisfacere cogantur. Authent. Offeratur, Codice de litis contestatione; Sed Concilium Tridentinum est lex noua respectu, cap. 1. de priuilegiis in 6. in quo disponitur non posse Regulares excommunicari, suspendi, vel interdici ab Episcopo; ergo quando sacrum Concilium dicit simpliciter, quod potest Episcopus illos compellere, vt supra, debet ab isto textu recipere determinationem, & per consequens intelligi debet de compulsionem cum aliis poenis, non autem cum censuris. Confirmatur; quia quando voluit sacrum Concilium quod Regulares possint ab Episcopo compelli hoc speciali modo, scilicet per censuras, expressit, vt in casibus supra relatis; ergo signum est tantum in illis, non autem in aliis tribuere Episcopo talem auctoritatem, & sic intrat regula illa, quod expressum facit cessare tacitum, l. fin. Cod. de pactis conuentus. Vnde ex his patet responso ad argumenta aduersariorum.

3. Nec etiam obstat dicere cum aliquibus contra nos facere Decretum Concilij Trident. sess. 25. c. 5. de Regul. quatenus mandet obseruari omnia decreta de Regularibus, non obstantibus priuilegiis: & deputate exequutores Episcopos; nec Bulla Pij IV. per quam reuocantur omnia Priuilegia contraria Concilio Tridentino, quia non sunt contraria: imo conformia Concilio, nempe quod in illis decretis, in quibus datur facultas procedendi per censuras, quod possunt: in aliis autem, in quibus non datur talis potestas, quod abstinere.

4. Vnde patet ex his responso ad aliquas declarationes sacrae Congregationis, quae circumferuntur; nam respondeo Purpuratos, & Augustos Patres esse intelligendos de casibus in quibus expressit Concilium dedit facultatem Episcopis compellendi Regulares per censuras. Quod probatur; nam Concilium sess. 5. cap. 4. de Regular. cum dedit iurisdictionem Ordinariis contra Regulares vagabundos, ea asserendo, tanquam delictor sui instituti puniatur; sacra Congregatio, teste Farinacio, ibi dem declarauit, esse puniendam, vt vult Concilium, sed non excommunicandam. Quod etiam patet ex aliis declarationibus Tom. VII.

sacrae Congregationis, quas adducit Rodriguez in compend. quast. Regular. resolut. 118. numero 1. & alij.

5. Quae quidem declarationes non sunt inter se pugnantes, vt aliqui nimis immodeste loquuntur; sed vt dixi, conciliandae, & applicandae sunt. Quando enim Eminentissimi Patres dixerunt, Episcopos posse compellere per censuras Regulares, per Concilium eis subiectos, intelligendi sunt in casibus, in quibus Concilium hoc expressit: quando vero asserunt non posse, intelligendi sunt in casibus, in quibus hoc Concilium non explicauit, vt fuit in casu nostro de compellendo ad Processiones.

6. Aliqui vero asserunt Episcopos posse commutare censuras in casu de quo loquimur contra exemptos, non autem sententiam ferre, & ita concordant declarationes Cardinalium, quae inter se videntur contrariae, & fundantur in declaratione apposta a Barbofa, de iur. Eccles. lib. 1. c. 43. num. 163. Sacra enim Congregatio sic respondit Episcopo Vercellensi, sub die 20. Maij 1616. posse quidem Episcopum poenam intimare exemptis, sed poenis eos non posse punire; quod si facta poenarum intimatione, non parerint totum esse eidem sacrae Congregationi deferendum.

7. Sed absolute nostram sententiam praeter Vilalobos, Tamburinum, & Scortiam, quos citauit in 3. part. tract. 2. resolut. 76. tenet Potel in dubiis Regularibus, verb. Episcop. num. 5. Nouarius in Lucerna Regularium, verb. excommunicare, num. 5. Sanchez de matrimonio, lib. 7. disput. 33. numer. 23. & in summa tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 14. & in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. numer. 14. Cochier de iurisdic. tom. 1. part. 5. quast. 99. Miranda in Men. Pralat. tomo 2. quast. 35. art. 111. Peyrinus in priuileg. Minor. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 10. n. 13. Leone de censuris Recollect. 2. n. 488. Marcellus Vulpe in praxi fori Eccles. cap. 42. n. 26. Lezzana in summa qq. Regular. part. 1. cap. 11. num. 14. Zambellus in repert. moral. verb. Religiosus, n. 41. Henriquez lib. 7. cap. 25. n. 7. Rodriguez in compend. quast. Regular. resolut. 60. num. 15. & 61. n. 7. Gambar. de officio Legati, lib. 8. cap. vlt. num. 77. & alij penes ipsos.

8. Igitur inharendo sacrosancto Concilio Tridentino in illis casibus, in quibus datur facultas Episcopis compellendi per censuras Regulares vtantur ipsi hac facultate. In aliis vero casibus hoc facere minime audeant; nam Pontificia priuilegia, Regularibus concessa, temerarent. Sic cenfeo, saluo meliori iudicio, & determinatione sacrae Congregationis Concilij, quam tanquam Oraculum, venetor, & vt par est, humiliter ceruices flecto. Vnde si aperte constaret in posterum de aliqua eius declaratione circa praesentem quaestionem, ei parendum esse existimo.

RESOL. XXXVIII.

Ad quas Processiones possit Episcopus compellere Regulares? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 106.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet sacra Cardinalium Congregatio apud Laurentium de Peyrinis in Priuileg. Minim. tom. 2. col. 7. Pij V. §. 29. n. 25. Ordinarius potest praecipere Regularibus, vt eant ad Processiones publicas, vt puta in festo Corporis Christi, in Litanis, & Iubilaeis publicis faciendis in plebibus in quibus ipsi habent Monasteria, dummodo Processiones sint eius generis, quod in Bulla S. D. N. Pij V. Medicibus concessa, quae incipit, *Est Mendicis*, publicata

Sup. hoc in Ref. seq. & infra in Ref. 44. cursum in §. Undecimus, sed lege eius doctrinam a §. Hoc supposito, & §. eius no.

0 0 0

O E V
T O M O
V I . V I I I
I I I

Quae hic est antecedens; &c.

publicata 17. Kalend. Iunij anno 1567. comprehendatur; & dummodo Regulares non sint ex illis Conuentibus, Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. Ita sacra Congreg. Notat tamen Peirinus ubi sup. ex Quaranta, & ex S. etiam Congreg. quod per publicas processiones intelliguntur etiam hæc, quæ pro bono publico de nouo indictæ sunt.

RESOL. XXXIX.

An Regulares possint ab Episcopo compelli, ut Processionibus publicis assistant;

Et si Prælati nolent ad Processiones conuenire, queritur, an Episcopus possit illos censuris, & penis compellere? Ex p. 1. tr. 2. Misc. 2. Ref. 8.

Sup. hoc in
Ref. præteri-
ta, & in aliis
eius not.
Et pro de
terminare
cōgruentia
infra in Ref.
44 §. Deci-
mus.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Bruno de pri-
uileg. Regular. tractat. 8. capite 4. pro-
posit. 7. ubi sic ait; Ex Tridentino apparet quod
Regulares possint compelli ad Processiones, qui
autem possint compelli non dicit expressè Tri-
dentinum, nam postquam pronunciauit esse muneris
Ordinarij terminare controuersias circa præ-
cedentiam in processionibus, & aliis huiusmodi
comitijs: Annota omni appellatione, & non ob-
stantibus quibuscunque (de quo munere agemus
infra,) subdit postea, exempti autem omnes,
tam Clerici Sæculares, quam Regulares quicun-
que, etiam Monachi ab publicis processionibus vo-
cati, accedere compellantur: In quibus uides quod
ius compellendi datum agnoscitur, nullo nihilominus
expresso cui illud ius concessum sit. Quod
autem Episcopo non sit è Tridentino concessum,
rationabiliter potest præsumi. Primò, quia per di-
ctas clausulas circa præcedentiam, Tridentinum
terminauit quod iuris Episcopalis erat; alioquin
illas non apposuisset, sed expectasset in fine de-
creti illas apponere, ut solet, quod non fecit. Secundo,
Quoniam si illi hæc potestas concessa
fuisset, Episcopi in Tridentino congregati; cum
de illorum iure ageretur id clarè in dicto decre-
to expressissent, quod autem id non fecerint, con-
tra illos interpretatio est facienda; iuxta iuris Re-
gulam in 6. Contra eum qui legem dicere potuit
apertius, interpretatio est facienda: ac propterea
concludendum ius illud compellendi ad Episcopum
non spectare, ut de simili modo loquendi in materia
de approbatione Confessarij ex Bellarmino, & alijs
diximus in tractat. de Confess. Ergo in vi Triden-
tini non potest Episcopus compellere Regulares, ut
ad dictas processiones accedant. Et confirmatur;
quia ut probauimus in tract. de exempti. & alibi, Re-
gulares sic sunt exempti à iurisdictione Episcopi
directiua, & coactiua, ut nisi specialiter, & expres-
sè potestas in illos à Pontifice ei detur, non censeatur
ei concessa: non est autem ei sic concessa in
hoc decreto; cum neque de Episcopo mentionem
faciat, neque de huiusmodi exemptionis clausula
reuocatoria, quorum expressio ad hunc effectum est
necessaria.

2. Dices, ad quem ergo illa potestas compellendi spectabit? Possit quis dicere ad Prælatum Regularem, cum ad eum omnis compulsio in Regularem subditum pertineat: Verum, si hic nolit ire, nec mittere suos subditos, quis illum, & illos compellet? Respondebit fortasse quispiam, tunc temporis posse Episcopum uti vi compulsiua, non in vi Tridentini, sed in vi iuris communis antiqui sibi ex consuetudine acquisiti; reintegratur enim in hoc

casu potestas iurisdictionis, qua ante exemptionem Regularium in eos potiebatur, ut alibi in simili materia diximus, quod fortan uult innuere Concilium, cum non dicat, ut compellantur Autoritate Apostolica, aut ab Episcopo, aut alijs tanquam à Sede Apostolica delegatis, uel solet facere, cum uult ut Episcopus, aut quicuis Ordinarius Pontificia procedat autoritate. Illam tamen responsionem non esse uniuersaliter veram existimo, cum possit ab alio Prælato sibi Superiore in casibus ordinarijs compelli; sed tantum in casu magnæ necessitatis publicæ, in qua processio huiusmodi Regularium abesse non posset à Generali processione Cleri, & Populi, sine graui scandalo.

3. Sed quia communi sensu Doctorum illa compulsio Episcopo concessa existimatur, idè stando in illa sententia, queritur, an Episcopus Regulares, eorundemque Prælatum nolentes ad processiones conuenire, censuris, aut penis possit compellere? Respondetur non posse; Et primò quod non possit compellere censuris fuscè in tract. de exempti. probatum est; Et hanc sententiam tenent Henriquez in Summa lib. 7. cap. 25. §. 57. Rodet. in summa tom. 1. cap. 74. num. 4. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 4. §. numero 23. Villal. in summa tom. 2. tract. 35. disp. 1. §. num. 17. Portell. in addit. ad arb. Regul. verb. Episcopus num. 5. & verb. Processiones num. 1. Hieron. Rodet. in Compend. 99. Regular. resol. 118. §. 1. Score. in Bulla Select. theorem. 393. verb. si autem. Laurent. de Peyrin. part. 1. Ritual. notab. 3. & tom. 1. in consuet. Minim. consuet. 2. Sixti Quarri, num. 60. Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disputat. 19. questio 7. num. 7. Diana resoluit. moral. tom. 3. tract. 2. * resoluit 76. & alij.

4. Secundo uerò, quod non possit etiam penis compellere, eadem potestus est ratio, fuitque ex grauissimis Doctoribus, & ex iure probatum in proxime dicto tractatu.

5. Inftabis, si non possit censuris, aut penis compellere Regulares, ut ad processiones accedant, frustra est data illi potestas ad compellendum, cum nullum aliud sit medium ad hunc effectum. Respondetur, esse multa alia media, utpotè inobedientes illos instanter monendo, & acriter arguendo, ac etiam si opus fuerit sententiam aduersus illos profertendo, & denique adhibendo potestatis secularis brachium, ut cogat, cum ad ipsum spectet facere, ut ius Ecclesiasticum uniuersique debitum sententur, quod sufficit ut hæc potestas possit compulsiua dici, non enim omnis potestas compulsiua uitur censuris & penis, ut in potestate Iudicum secularium eiusdem nature manifestissimum est. Hucusque Brunus.

6. Sed non parum faceret Pater Brunus, si Regulares eximeret à potestate Episcoporum, ne possint illos compellere ad processiones cum censuris, idè non recedo à sententia quam * docui in loco citato à Bruno, & assero in tali casu posse Episcopos, Regulares compellere, si non censuris, saltem alijs penis multa indicta, pignoribus captis, vel alio modo. Vnde de me citato amicissimus Magister Lezana in summa 99. Regul. tomo 4. vers. Processio quoad Regulares. 2. sic ait: Esto autem Regulares compelli non possint ad prædictas processiones per censuras, compelli saltem possunt alijs penis, iuxta cap. 1. de priuileg. in 6. nimirum deponendo Superiores, & contradicentes incarcerando, à Monasterio amouendo, priuando prædicatione uerbi Dei, seu etiam penis pecuniarijs. Ita ille, & ita etiam docet Ciarrinus in Contr. Foren. tom. 1. cap. 50. numero 19. Peyrinus in priuileg. minim. tom. 1. Constitut. 2. Sixti IV. numero 60. Gratian. decis. 332. num. 15. Et minor te Patrem Brunum